



ÉDITION 2025 : « Héritage(s) »

LATIN

COLLÈGE

TEXTE EN PROSE

Amor in te meus cogit, non ut praecipiam (neque enim praeceptore egēs),
admoneam tamen, ut quae scis teneas et observes, aut nescire melius.

Cogita te missum in provinciam Achaiam, illam veram et meram Graeciam, in qua
primum humanitas, litterae, etiam fruges inventae esse creduntur; missum ad
ordinandum statum liberarum civitatum, id est ad homines maxime homines, ad
liberos maxime liberos, qui ius a natura datum virtute, meritis amicitia, foedere
denique et religione tenuerint.

Reverere conditores deos et nomina deorum, reverere gloriam veterem et hanc
ipsam senectutem, quae in homine venerabilis, in urbibus sacra. Sit apud te honor
antiquitati, sit ingentibus factis, sit fabulis quoque.

PLINE LE JEUNE, *Lettres*, VIII, 24, 1er siècle après J.-C.
Texte établi et traduit par Anne-Marie Guillemin, éd. Les Belles Lettres, 1928.